

SIGISMUNDI
SCACCIAE
I. C. ROMANI
Tractatus
DE SENTENTIA
ET RE IUDICATA.

Omni- bus admodum vtilis, Iudicibus autem,
Ducibus, Regibus, aliisque Principibus
magna ex parte necessarius.



LVGDVNI
Ex Officina Rouilliana.
Sumptibus Andreae, Jacobi & Matthæi Prost.

MDCCXXVIII




CLARISSIMO ET NOBILI VIRO

D. D. IACOBO PROST,
IN CVRIA LVGDVNENSI
REGIO CONSILIARIO ET ADVOCATO
peritissimo, necnon in municipio Lugdunensi
Consuli meritissimo,

Andreas, Iacobus & Matthæus Probst S.ii

SI permultos quotidie videmus in
liliatis fulgere sub Ellis, & ad illu-
stria rerum publicarum sedere gi-
bernacula, ambigimus etiam saepe
plúsne suæ virtuti debeant, quàm
fortune: sed de te nihil huiusmodi (virtuabilissime)
tua virtus, & sapientia singularis suspicari patiun-
tur. Iam pridem profectò Aduocati regij munus
illustre, & grande nomen imples, Rege ipso vel
volente, vel iubente, & nuper quoque summâ
ciuium consensione, parique plausu Consulatus
insignia tibi Resp. Lugdunensis obtulit. Sed hæc
nemo credat esse fortunæ lenocinantis munera,
virtutis & sapientiæ sunt præmia. Quod si longè
gloriosius est honores mereri, quàm consequi,
non verebimur dicere, plus te sapientiæ tuæ, vir-
tutisque debere, quàm vel Regis beneficentiæ,



SIGISMVNDI
 S C A C C I Æ
 IVRISCONS. ROMANI
 TRACTATVS
 DE IVDICIIS, &c.

CAPVT PRIMVM.

De sententia, & re iudicata.

*De connexione Libri, de excellentia,
 & obiecto huius Capituli.*

IN precedenti huius nostri Tractatus libro: Deo progressum dirigente; secundam iudicij partem absolvimus, agendo in ea de iuramento calumnie vsque ad conclusionem in causa; reliquum est, vt in isto; infinita eiusdem clementia ad complendum egressum simpliciter inuocata; procedamus ad tertiam, in qua venit agendum de sententiis, & aliis, quæ eas sequuntur.

Et quia sententiarum materia, vt omnibus est notum, frequens occurrit, Papien. in pract. in form. sent. distin. initio, fol. 386. adeo est copiosa, & proliza, vt vnum requirar longum tractatum, Maran. in suo spec. in 3. par. 6. part. act. 1. de sentent. initio, vers. venio igitur, fol. 431. & cæteris aliis iudicij partibus eò est dignior, & utilior, quòd sententia est finis laborum iudicialium, messis processus, victoria certaminis, & conciliatio discordiæ; & hinc in iure sepius actum est de sententiis: In nouo enim Digestorum volumine lib. 42. extant tit. 1. de re iudic. lib. 49. tit. 8. quæ sent. sine appell. rescind. In Cod. lib. 7. tit. 42. de sentent. pract.

Scaccia de Iudicys.

pract. tit. 43. quom. & quan. iud. sentent. profer. deb. &c. tit. 44. de sent. ex breuic. recitan. tit. 45. de sent. & interl. omn. iud. tit. 46. de sent. quæ sine cert. quant. &c. tit. 47. de sentent. quæ pro eo, &c. tit. 50. sentent. rescind. non poss. tit. 52. de re iudic. tit. 53. de execut. rei iud. tit. 54. de vsur. rei iud. tit. 55. si plures vna sentent. condemn. tit. 56. quib. res iud. non noc. tit. 57. commin. epist. &c. tit. 58. si ex fall. test. iud. sit. tit. 60. res inter alios act. vel iudic. &c. tit. 61. de relat. lib. tit. 51. de sent. pass. & test. In Decretal. lib. 2. tit. 27. de sent. & re iud. lib. 5. tit. 39. de sentent. excomm. In Sexto, & Clemen. idem habentur tit. in Extrauag. tit. de sent. excomm. In Decreto etiam habentur aliqua in 35. q. 9. Nos propterea de hac materia copiose pro viribus agere conabimur; non tamen persequemur qualem in singulis controuersis sententiam ferre debeamus: id enim ad nostrum non pertinet tractatum; vltra quòd esset opus desperatum; tum quia natura quotidie nouas properat edere formas, & ideo tot sæculis nulla reperta est causa, quæ sit omninò alteri similis; tum quia inimico nostro discordias seminante, lites infinitum, & ita inextricabiles vndique augentur, vt nulla tractatum, & decisionum editio ad eas excidendas sufficiat; itaque noster seopus non est scribere quid super casu cuiusque litis ius disponat, quia si ita pro-

A puncte